



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum si est in ratione, sit in practica tantum, vel etia[m] in speculatiua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

QVAESTIO XLVII.

De prudentia secundum se, in sexdecim articulis diuisa.

ONSEQUENTER post uirtutes theologicas primo considerandum est circa uirtutes cardinales de prudentia. Et primo, de prudentia secundum se. Secundo, de partibus eius: tertio, de dono ei correspondente: quarto, de uitiis oppositis: quinto, de preceptis ad hoc pertinentibus. Circa primum quaeruntur sexdecim.

Primo, Vtrum prudentia sit in uoluntate, uel in ratione.

Secundo, Si est in ratione, vtrum in practica tantum, uel etiam in speculatiua.

Tertio, Vtrum sit cognoscitiua singularium.

Quarto, Vtrum sit uirtus.

Quinto, Vtrum sit uirtus specialis.

Sexto, Vtrum praesit ut finem uirtutibus moralibus.

Septimo, vtrum constituat medium in eis.

Octaui, Vtrum precipere sit proprius actus eius.

Nono, Vtrum sollicitudo, uel uigilantia pertineat ad prudentiam.

Decimo, Vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.

Vndecimo, Vtrum prudentia, quae est respectu boni proprii, sit eadem specie cum ea, quae se extendit ad bonum commune.

Duodecimo, Vtrum prudentia sit in subditis, an solum in principibus.

Tertiodecimo, Vtrum inueniatur in malis.

Quartodecimo, Vtrum inueniatur in omnibus bonis.

Quintodecimo, Vtrum in sit nobis a natura.

Sextodecimo, Vtrum perdat per obliuionem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum prudentia sit in ui cognoscitiua, an in appetitiua.

AD PRIMUM sic procedit: Videtur, quod prudentia non sit in ui cognoscitiua, sed in ui appetitiua. Dicitur enim in libro de moribus Ecclesie, Prudentia est amor, ea, quibus adiuuatur ab eis quibus impeditur, sagaciter eligens: sed amor non est in ui cognoscitiua, sed in appetitiua. ergo prudentia est in ui appetitiua.

Primo, Si cut ex praedicta diffinitione apparet, ad prudentiam pertinet eligere sagaciter: sed electio est actus appetitiuae uirtutis, ut supra habitum est. ergo prudentia non est in ui cognoscitiua, sed in ui appetitiua.

Philos. dicit in 6. Ethic. quod in arte quidem uolens peccans, eligibilior est, circa prudentiam autem minus, quemadmodum & circa uirtutes: sed uirtutes morales, de quibus ibi loquitur, sunt in parte appetitiua, ars autem in ratione. ergo prudentia magis est in parte appetitiua, quam in ratione.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro 83. q. Prudentia est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum.

RESPON. Dicendum, quod sicut Isidorus dicit in libro Etymol. prudens dicitur, quasi porro uidentis. Peripetax. n. est, & incertorum uidet casus: uisio autem non est uirtutis appetitiuae, sed cognoscitiuae. Vnde manifestum est, quod prudentia directe pertinet ad uim cognoscitiuam, non autem ad uim sensitiuam: quia per eam cognoscimus solum ea, quae praesentia sunt, & sensibus offeruntur. Cognoscere autem futura ex praesentibus, uel praeteritis, quod pertinet ad prudentiam, proprie rationis est, quia hoc per quandam collationem agitur. Vnde relinquatur quod prudentia proprie sit in ratione.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, uoluntas mouet omnes potentias ad suos actus. Primus autem actus appetitiuae uirtutis est amor, ut supra dictum est. Sic ergo prudentia dicitur esse amor non quod essentialiter, sed in quantum amor mouet ad actum prudentiae. Vnde & postea subdit Augustinus, quod prudentia est amor boni discernens ea, quibus adiuuet ad redendum Deum ab his, quibus impediuntur. Dicitur autem amor discernere, in quantum mouet rationem ad discernendum.

AD SECUNDUM dicendum, quod prudens considerat ea, quae sunt procul, in quantum ordinatur ad adiudandum, uel impediendum ea, quae sunt praesentia, ut agenda. Vnde patet, quod ea quae considerat prudentia, ordinantur ad alia sicut ad finem: eorum autem quae sunt ad finem, est consilium in ratione, & electio in appetitu, quorum duorum consilium magis proprie pertinet ad prudentiam, dicitur enim Philosophus in 6. Ethic. quod prudens est bene consiliatus uisus. Sed quia electio praesupponit consilium: est enim appetitus praecognoscit, ut dicitur in 3. Ethic. ideo etiam eligere, potest attribui prudentiae consequenter, in quantum, scilicet electionem per consilium dirigit.

AD TERTIUM dicendum, quod laus prudentiae non consistit in sola consideratione, sed in applicatione ad opus, quod est finis practice rationis. Et ideo si in hoc defectus accidat, maxime est contrarium prudentiae: quia sicut finis est potissimus in unoquoque, ita & defectus, qui est circa finem, est pessimus: unde ibidem Philosophus subdit, quod prudentia non est solum cum ratione, sicut ars. Hec enim ut dictum est, applicationem ad opus, quod fit per uoluntatem.

ARTICVLVS II.

Vtrum prudentia pertineat solum ad rationem practica, an etiam ad speculatiuam.

AD SECUNDUM sic proceditur. Vtrum prudentia non solum pertineat ad rationem practica, sed etiam ad speculatiua. Dicitur enim Proverb. 9. Sapientia est uiro prudentia: sed sapientia secunda secunda dicitur Thomae.

est boni & mali, sed boni tantum. Haec enim claudit in sua ratione determinatum appetitum ad bonum: illa autem non: sed ut ex parte rationis est susceptiua.

Philos. dicit in 6. Ethic. quod in arte quidem uolens peccans, eligibilior est, circa prudentiam autem minus, quemadmodum & circa uirtutes: sed uirtutes morales, de quibus ibi loquitur, sunt in parte appetitiua, ars autem in ratione. ergo prudentia magis est in parte appetitiua, quam in ratione.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro 83. q. Prudentia est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum.

RESPON. Dicendum, quod sicut Isidorus dicit in libro Etymol. prudens dicitur, quasi porro uidentis. Peripetax. n. est, & incertorum uidet casus: uisio autem non est uirtutis appetitiuae, sed cognoscitiuae. Vnde manifestum est, quod prudentia directe pertinet ad uim cognoscitiuam, non autem ad uim sensitiuam: quia per eam cognoscimus solum ea, quae praesentia sunt, & sensibus offeruntur. Cognoscere autem futura ex praesentibus, uel praeteritis, quod pertinet ad prudentiam, proprie rationis est, quia hoc per quandam collationem agitur. Vnde relinquatur quod prudentia proprie sit in ratione.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, uoluntas mouet omnes potentias ad suos actus. Primus autem actus appetitiuae uirtutis est amor, ut supra dictum est. Sic ergo prudentia dicitur esse amor non quod essentialiter, sed in quantum amor mouet ad actum prudentiae. Vnde & postea subdit Augustinus, quod prudentia est amor boni discernens ea, quibus adiuuet ad redendum Deum ab his, quibus impediuntur. Dicitur autem amor discernere, in quantum mouet rationem ad discernendum.

AD SECUNDUM dicendum, quod prudens considerat ea, quae sunt procul, in quantum ordinatur ad adiudandum, uel impediendum ea, quae sunt praesentia, ut agenda. Vnde patet, quod ea quae considerat prudentia, ordinantur ad alia sicut ad finem: eorum autem quae sunt ad finem, est consilium in ratione, & electio in appetitu, quorum duorum consilium magis proprie pertinet ad prudentiam, dicitur enim Philosophus in 6. Ethic. quod prudens est bene consiliatus uisus. Sed quia electio praesupponit consilium: est enim appetitus praecognoscit, ut dicitur in 3. Ethic. ideo etiam eligere, potest attribui prudentiae consequenter, in quantum, scilicet electionem per consilium dirigit.

AD TERTIUM dicendum, quod laus prudentiae non consistit in sola consideratione, sed in applicatione ad opus, quod est finis practice rationis. Et ideo si in hoc defectus accidat, maxime est contrarium prudentiae: quia sicut finis est potissimus in unoquoque, ita & defectus, qui est circa finem, est pessimus: unde ibidem Philosophus subdit, quod prudentia non est solum cum ratione, sicut ars. Hec enim ut dictum est, applicationem ad opus, quod fit per uoluntatem.

Super quasi, quadra gesima septima articulum secundum.

In articulo in ratione ad secundum, nota No uide, quod actus speculationis potest referri ad res, circa quas ueritur, si obiectum, enim uabilia, & premissas, conclusiones, discursus a tali re in talem, P ut

Ca. 5. ar. 1. non nihil tunc a fine.

Lib. 83. q. 61. tom. 4.

Li. 10. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 2. q. 82. artic. 4.

Li. 2. q. 95. ar. 1. & 2.

Li. 1. c. 1. in argum.

Li. 6. c. 5. tom. 5.

Li. 3. c. 4. circa fi. co. 5.

In ista solutione & 1. 2. q. 37. artic. 4.

vt causa in effectum, vel e contra, & similia, & sic non subiacet consilio, & prudentia, sed regulandus est secundum logicam, & efficaciam habet secundum lumen intellectus maius, vel minus. Boreff quoque referri speculationis actus ad hominem, qui speculari debet, & sic est voluntarius: & cadit sub consilio vel prudentia, an scilicet sit speculandum in tali materia, puta geometria, vel physica, an tali hora, & cetera. Et si recte inspiciamus ad supradicta, non est ipse speculationis actus, qui est materia proxima consilij, sed actus voluntatis, qui vocatur vii, quo uoluntas exercet actum ad speculandum, ita quod consilium sit, an intellectu utendum sit ad speculationem talis rei, tali hora, tanto tempore, &c. Et sic consilium est de usu, qui est actus appetitus, tanquam materia proxima, & de speculationis actu, tanquam materia remota, quia scilicet est materia usus, qui est materia consilij.

Lib. 1. c. 24. circa finem.

Lib. 6. c. 1. ad 5. & c. 12.

Lib. 6. c. 5. to mo 5.

Lib. 6. c. 5. in prin. tom. 5.

q. 45. art. 2. & 3.

Lib. 6. c. 5. & 9. tom. 5.

Ambrosio loco citato arg. Tullius in li. 2. de inuentione in fol. 4. ante lineam libri.

principaliter consistit in contemplatione: ergo prudentia. ¶ 2 Præ. * Ambrosio dicit in i. de Officiis. Prudentia in veri inuestigatione ueritatis, & scientia plenioris infundit cupiditatem: sed hoc pertinet ad rationem speculatiuam: ergo prudentia consistit etiam in ratione speculatiua.

¶ 3 Præ. In eadem parte animæ ponitur a Philosopho ars, & prudentia, ut patet in 6. * Ethico. sed ars non solum inuenitur practica, sed etiam speculatiua, ut patet in artibus liberalibus: ergo prudentia inuenitur practica, & speculatiua.

SED CONTRA est, quod * Philosopho dicit in 6. Ethic. quod prudentia est recta ratio agibiliu: sed hoc non pertinet nisi ad rationem practicam: ergo prudentia non est nisi in ratione practica.

RESPON. Dicendum, quod si cut * Philosopho dicit in 6. Ethicorum. Prudentis est bene posse consiliari. Consilium autem est de his, que sunt per nos agenda in ordine ad finem aliquem. Ratio autem eorum, que sunt agenda propter finem, est ratio practica. Vnde manifestum est, quod prudentia non consistit nisi in ratione practica.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, sapientia considerat causam altissimam simpliciter. Vnde consideratio causæ altissime in quolibet genere pertinet ad sapientiam in illo genere. In genere autem humanorum actuum, causa altissima est finis communis toti uitæ humanæ, & hunc finem intendit prudentia. Dicitur n. * Philosopho in 6. Ethic. quod sicut ille, qui ratiocinatur bene ad aliquem finem particularem, puta, ad uictoriã, dicitur esse prudens, non simpliciter, sed in hoc genere, scilicet in rebus bellicis, ita ille qui bene ratiocinatur ad totum bene uiuere, dicitur prudens simpliciter. Vnde manifestum est, quod prudentia est sapientia in rebus humanis, non autem sapientia simpliciter, quia non est circa causam altissimam simpliciter: est enim circa bonum humanum. Homo autem non est optimum eorum, que sunt. Et ideo significanter dicitur, quod prudentia est sapientia uiro, non autem sapientia simpliciter.

AD SECUNDUM dicendum, quod * Ambrosio & etiam Tullius nomine prudentis

prudentis, ad speculatiuos extendatur habitus, quia prudentia est eorum, que non sunt determinatas, ut in pluribus per determinatas procedunt, ut speculatiui habitus, quasi aliqui habitus, ut uias, artis rationem induunt, non autem

tie largius sumunt pro qualibet cognitione humana, tam speculatiua, quam practica. Quamuis dici possit, quod ipse actus speculationis rationis, secundum quod est uoluntarius, cadit sub electione, & consilio quantum ad sui exercitium, & per consequens cadit sub ordinatione prudentie: sed quantum ad suam speciem, prout comparatur ad obiectum, quod est uerum necessarium, non cadit sub consilio, nec sub prudentia.

AD TERTIUM dicendum, quod omnis applicatio rationis rectæ ad aliquod factibile pertinet ad artem: sed ad prudentiam non pertinet nisi applicatio rationis rectæ, & ad ea, de quibus est consilium, & huiusmodi sunt, in quibus non sunt uias determinate perueniendi ad finem, ut dicitur in 3. * Ethic. Quia ergo ratio speculatiua quadam facit, puta, syllogismum, propositionem, & alia huiusmodi, in quibus proceditur secundum certas, & determinatas uias, inde est, quod respectu horum potest saluari ratio artis, non autem ratio prudentie: & ideo inuenitur aliqua speculatiua ars, non autem aliqua prudentia.

ARTICVLVS III.

Utrum prudentia sit cognoscibilis singularium.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod prudentia non sit cognoscibilis singularium. Prudentia enim est in ratione, ut dictum est: sed ratio est uniuersaliu, ut dicitur in 1. 7. Physic. ergo prudentia non est cognoscibilis, nisi uniuersaliu.

¶ 2 Præ. Singularia sunt in finitum, sed infinita non possunt comprehendere a ratione. Ergo prudentia, que est ratio recta, non est singularium.

¶ 3 Præ. Particularia per se sentiri cognoscuntur: sed prudentia non est in sensu: multi enim habentes sensus exteriores perpicaces, non sunt prudentes. Ergo prudentia non est singularium.

SED CONTRA est, quod Philosopho dicit in 6. Ethic. quod prudentia non est uniuersaliu, sed oportet etiam singularia cognoscere.

RESPON. Dicendum, quod sicut in prædicto est, ad prudentiam pertinet